Thorax *macula dorſali nigra poſtice trifida.* Pedes & Corpus *totum ſubtus teſtacea.* Antennæ *nigræ, baſi rubræ, vix corpore longiores.* Elytra *apice bidentata, viridia, ſtria duplici elevata; Linea longitudinalis lutea juxta marginem exteriorem.*

depſarius. 12. C. thorace marginato unidentato, corpore piceo, antennis rubris brevioribus.
Habitat in Svecia.
Similis C. coriario, & *pro hujus mare a nonnullis habetur, at differt* Corpore *ferrugineo, dimidio anguſtiore.* Oculis *ſubrotundis, nec reniformibus;* Pectoris *villo teſtaceo, nec pallido.* Thorace *ſupra ſubpubeſcente, nec levi.* Elytris *longitudinaliter rugoſis.* Pedibus *teſtaceo ferrugineis; nec fuſco-piceis.* Antennarum *articulis ſimplicibus, nec turbinatis.*

atratus. 13. C. thorace marginato utrinque bidentato, corpore atro, antennis mediocribus antrorſum aculeato-ſerratis. *Gron. zooph.* 524. *t.* 14. *f.* 9.
Habitat in Zeylona.

lineatus. 14. C. thorace marginato ſerrulato dentato, elytris nigris linea alba, antennis compreſſis brevioribus.
Sloan. jam. 2. *p.* 209. *t.* 237. *f.* 34.
Brown. jam. 430. *t.* 43. *f.* 7.
Habitat in Jamaica.

ſpinibarbis. 15. C. thorace marginato ſubcrenulato, capite ſub maxillis ſpinoſo ſcabro, antennis brevibus. *Muſ. Lud. Ulr.* 67. *
Merian. ſurin. 24. *t.* 24.
Habitat in America.
Corpus nigrum. Antennæ corpore breviores.

bifaſciatus. 16. C. thorace marginato denticulato, corpore nigro, elytris rubris: faſciis duabus atris.
Gron. zooph. 532. *t.* 14. *f.* 4. *
Habitat in America.
Antennæ breviores. Elytrorum faſcia prior media; poſterior terminalis.

planatus. 17. C. thorace marginato ſcabro antice dentato, corpore nigro, antennis pedibusque ferrugineis. *Fn. ſvec.* 645. *

Habi-